

M. PAULI JUUSTÉN,
EPISC. QUONDAM AB,
CHRONICON EPISCOPORUM
FINLANDENSIUM,
ANNOTATIONIBUS ET SYLLOGE MONU-
MENTORUM ILLUSTRATUM.

CUJUS
PARTICULAM XXXIX,
CONS. FAC. PHILOS. R. ACAD. ABOËNSIS,
PRÆSIDE
M. HENRICO GABRIELE
PORTHAN,
ELOQV. PROFESSORE REG. ET ORD. R. ACAD. LITT. HUMAN,
HIST. ET ANTIQVITT. MEMBRO,
Publicæ bonorum censuræ submittit

JACOBUS GUMMERUS,
Ostrobotniensis,

IN AUDITORIO MAJORI die XXI FEBRUARII
A. MDCCXCV,

Horis ante meridiem consvetis.

ABOË, Typis FRENCKELLIANIS.

29.

THESES RESPONDENTIS.

Theses I.

Ex itinerariorum lectione non minus utilitatis quam jucunditatis haberi potest; ubi tamen requiritur, ut nec auctor nec lector eorum, judicio idoneo sint destituti.

Thes. II. Turpiter errant, qui interpretem scripti alijus cuius servilem, qui verbum verbo reddere ubique conatur, maxime fideliter illud convertere existimant.

Thes. III. Recte *Sallustius*, falso, inquit, queritur de natura sua genus humanum, quod imbecilla atque avi, brevitate forte potius quam virtute regatur.

Thes. IV. Fuerunt quidem Religiones ac sunt, quæ ad bonorum morum & virtutis studium promovendum parum conferrent aut conferant; sed recte tamen statuitur, illud partem Religionis cujusque, nomine suo dignæ, constituere debere præcipuam.

Thes. V. Absurdam de felicitate civitatis fœvent sententiam, qui eam a felicitate civium, h. e. maximæ eorum partis, separant; qui ubi miseri sunt, potentia, gloria & splendor civitatis, nil nisi splendida est miseria.

Thes. VI. Ut divitiæ privato, circa suam industriam, subito, per hæreditatem vel fortuito quocunque fortunæ favore affluentes, sæpe illum infelicem magis quam vere felicem reddunt, in luxum atque prodigalitatem stultam illum præcipitantes; ita divitiæ immensæ per occupationem bellicam acquisitæ, similem civitati parere noxam, experientia docuit. Quis v. c. ignorat, quam vim præda Persica in Græcorum, & Macedonica atque Asiatica in Romanorum mores corrumpendos luxumque gignendum, habuerit?

Thes. VII. Divitiæ autem labore & diligentia comparatæ, uti privatos in luxum atque prodigentiam non æque facile abripiunt; ita idem de populis atque civitatibus valere, vel Batavorum exemplum confirmavit.

sufficit commemorasse, præter M. *Haquinum Andree* nuper (p. 599 not. 651) nominatum, *Johannem Tavaft* (660), *Laurentium Skytte* (661), & *Birgerum Magni*, Archi-
H h h h
præ-

pli Cathedralis vel a. 1458 vel 1464, vel utroque eveniente, hic locus adhiberi poterit? -- Porro legitur; "Anno LXX:0 (1470) Consulatus „& cives Aboenses emerunt unam campanam ab ecclesia cathedrali, „ponderantem IIII Skip:d & I lisp:d, & refundebant ecclesie quinque „Skip:d cupri cum XXX marcis denariorum, --- Anno LXXI (1471) pro „ereccione capelle Omnium Sanctorum una cum testudine, percepit „*Henricus Murator* LXX Marcas & I pecus in valore XII orarum". Cæterum etiam hunc *Petrum Petri* inter socios *Confraternitatis Trium Regum* fuisse, supra (p. 476) vidimus. --- Annotationum vero in *Registro Eccles. Aboënsis* occurrentium quum meminerimus; addere placet, easdem, quæ supra (p. 585 not. 618, 619) monuimus confirmare, de exemplis originalibus monumentorum Ecclesiasticorum in Kustoënsi incendio circa a. 1470 destructorum. Tales enim v. g. habentur: "*Quærat- tur* (omissum hoc loco monumentum) *infra & in libraria Originaria*", Fol. 140 (similiter Fol. 143: "Litere D:ni Johannis Christiernson Militis - - - *sunt in Libraria*), Quæ tamen de Archivo Ecclesiæ Cathedralis Aboënsis intelligi possunt. Sed Fol. 157 annotatum legitur: "*Originalia istarum copiarum* (literarum de variis juribus sedis inprimis Episcopalis agentium, in *Registro nostro descriptarum*) *sunt in Kuus- flo* (ita recte nomen Arcis insulæque hujus scribitur, male *Kustö*; est enim contractum ex voce Fennica *Kuusisto*, *Gransfog*, silva abietibus constante, ut ex veteri libro fundorum publicorum Provinciæ Aboënsis, *Sordeböfen*, didicimus).

(660). Etiam ille inter sodales *Confraternitatis Trium Regum* (l. c.) comparet, proximo loco ante M. *Petrum Benedicti*. A. 1447 jam erat *Canonicus*. A:o 1454 *Præbendam* habuit *Corporis Christi* (*Reg. Eccles. Ab. Fol. 212*); in qua ei a. 1464 successerat M. *Magnus Nicolai* (postea Episcopus), quo anno ille vocatur *Herre Jönis Tavaft*, *Canik* j Abo (Ib. Fol. 216 fin.); aliam sine dubio *Præbendam*, ditio- rem, interim nactus fuerat? Nepotem ex fratre *Magni II Episcopi* fuisse, BÄNGIO (*Tavaft. Släcktens Ättarötal*) facile credimus; ac confirmat VON STIERNMAN *Annot. ad PET. NIGRI Hist. Episcopor. Aros.* p. 87.

(661) E nobili & vetusta gente, quæ Præfectos Arcium Canonicos-

præpositum Upsaliensem ac postea Episcopum Arosien-
sem (662).

De

que Ecclesiæ Aboënsis plures, atque Episcopum unum, Fennix dedit. Cfr. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 109, 143, 164, 215 &c.

(662) De quo cfr. PERINGSKIÖLD *Monum. Ulleraker.* p. 193; PETRI NIGRI *Hist. om. Wæsterås Stifis Biskopar* p. 18 & 72 sq.; RHYZELIUS *Episcoposc.* p. 258, qui neque ignoravit illum Canonicum fuisse Aboënsis: qua ornatum dignitate nos rescivimus ex duobus exemplis *Instrumentorum*, ut vocantur, *publicorum*, quæ in *Registro Ecclesiæ Aboënsis*, Notarii Publici munita auctoritate & fide habentur. Eorum alterum continet Confirmationem Privilegiorum Cleri, a. 1436 Sudercopix a Senatu & Magnatibus Regni solenniter factam, apud JOHANNEM MAGNUM (*Hist. Metropolitana Ecclesiæ Upsalensis* p. 97 sq.) legendam; de qua cfr. LAGERBRING *Sv. R. Hist. IV D. C. VI §. 18* p. 326; alterum exhibet *Juramentum Militum* (h. e. Equitum Auratorum) a R. *Christophoro* a. 1441 creatorum; quod hætenus integrum typis vulgatum alicubi me vidisse, non memini; quod igitur si apposuero, non ingratam me veterum rerum patriarum studiosis præstiturum esse operam, confido. Sed alterum illud quoque monumentum adungere placet; quoniam inter exemplum hoc nostrum, & quod JOHANNES MAGNUS offert, non omnino levem in quibusdam intercedere varietatem lectionis deprendimus. Tale autem l. c. Fol. 25 habetur: "In nomine Domini amen. Cunctis pateat evidenter, quod anno a nati-
vitate ejusdem Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, In-
dictione secunda, XXV die mensis Februarii, hora VIII vel quasi, Pon-
tificatus sanctissimi in Christo Patris & domini nostri, Domini Nico-
lai, Divina providencia pape quinti anno VIII, venerandus ac discre-
tus vir, Dominus Birgerus, utriusque Juris Doctor, Præpositus Up-
saliensis & Canonicus Aboënsis, in loco Capitulari Cathedralis Ecclesie
Strengnensis, in mei Notarii Publici testiumque infracriptorum pre-
sencia constitutus, produxit in medium, ostendit & ad manus meas
legendam tradidit quandam litteram protectoriam de pergameno, no-
bilium virorum, Dominorum Consiliariorum regni Svecie, Dapiferi,
Marscalci, Militum, Militarum & Armigerorum, de quibus infra fit
mencio, eorumque veris, fanis, illeis & integris XLVI sigillis im-
pendentibus roboratam & signatam, non abrasam, non cancellatam,

De Praefectis Arcium & Provinciarum Fennicarum,
H h h h 2 nec

„nec in aliqua sui parte suspectam, super juribus & legibus, privile-
„giis, libertatibus & immunitatibus Ecclesiarum Cathedralium & par-
„rochialium, aliorumque quoruncunque spiritualium locorum, nec nom-
„i & Archiepiscopi, Episcoporum, Prelatorum, Capitulorum, totius clerici
„secularis & regularis utriusque sexus, ac ecclesiasticarum personarum
„regni Svecie; cujus tenor de verbo ad verbum sequitur & est talis.

„In nomine Domini amen. Universis & singulis, ad quorum no-
„ticiam presens scriptum pervenerit, *Cristiernus Nicliffon*, Miles & Da-
„pifer regni Svecie, *Gotzscalcus Bentzson*, *Nicolaus Eringislafon*,
„*Boecius Stenfon*, *Gotzstaus Algotzson*, *Broderus Suenfon*, Milites;
„*Karolus Knutzon* Marscallus, *Niclaus Jönisson*, *Benedictus Jönis-
„son*, *Karolus Ormsson*, *Karolus Bonde*, *Kanutus Jowanfon*, *Benedictus
„Udson*, *Ericus Puke*, *Benedictus Gotzscalkson*, *Nicolaus Stenfon*, *Ka-
„rolus Cristiernson*, *Mathias Odhgislafon*, *Boecius Knutson*, *Olavus
„Ragvaldson*, *Gregorius Magnussion*, *Magnus Gren*, *Eringislo Nicliffon*,
„*Johannes Karlson*, *Birgerus Trwilde*, *Otto Ulffon*, *Nicolaus Plata*,
„*Johannes Gädda*, *Henricus Swerdk*, *Benedictus Ludakafon*, *Suno
„Swanfon* (Sunafon), *Nicolaus Olafson*, *Gotzstaus Ulffon*, *Gotzstaus
„Stiore*, *Thure Stenfon*, *Ericus Thureson*, *Ericus Stenfon*, *Faderus
„Ulffon*, *Haraldus Stenfon*, *Holmstaus Jowanfon*, *Albertus Peccatell*,
„*Ericus Jönisson*, *Karolus Magnussion*, *Haraldh Ulffon*, *Ragvaldus
„Magnussion*, *Nicolaus Krok*, *Gregorius Nicliffon*, *Magnus Piik*, *Lau-
„rencius Snakenborg*, *Sten Päderfon*, Armigeri, ejusdem regni *Consi-
„liarii & Homines*, salutem in Domino sempiternam. Ad futuram
„rei memoriam, omniumque & singulorum quorum interest, aut quo-
„modolibet in futurum interesse poterit, deducere cupimus noticiam
„per presentes, Quod quia de omnipotentis Dei singulari & infallibili
„ordinatione & gratia speciali Regnum Svecie cum suis omnibus inha-
„bitatoribus, spiritualibus & secularibus, ad hoc devenerant, quod in-
„posterum poterint & debeant suis juribus & legibus, privilegiis & li-
„bertatibus ac antiquis laudabilibus consuetudinibus uti pariter & gau-
„dere, prout in littera placitationis inter serenissimum Principem, Do-
„minum nostrum generosum, Dominum *Ericum* Dei gratia Regem
„Svecie, Dacie, Norvegie, Ducemque Pomeranie, ex una, & nos ex
„parte regni ex altera partibus, prima die Septembris anni presentis
„facte Calmarnie, & auctoritate sacrosancti generalis Concilii Basilien-
„sis, per venerandum Patrem, Dominum Nicolaum, Episcopum Wexie-



)

(



nec non *Legiferis* aliisque viris majoris, per hæc tempora,

„mensam, potestatem specialem desuper habentem, confirmate plenius
„continetur. Hinc nos pro nobis & nostris successoribus bona & im-
„mobili fide promittimus & in futurum absque contradicione & dolo
„malo firmiter observari volumus, quod ecclesie cathedrales & parro-
„chiales, Monasteria, Capelle, Hospitalia & alia quecunque spiritualia
„lòca, Archiepiscopi, Prelati, Capitula & totus clerus, secularis & re-
„gularis, utriusque sexus, regni Svecie, suis eciam juribus, privilegiis
„libertatibus & immunitatibus, cum omnibus eorum colonis, homini-
„bus & seruatoribus, coloniis, bonis & possessionibus, mobilibus & im-
„mobilibus, libere frui & gaudere valeant, juxta formam, modum &
„tenorem eorundem jurium, legum, privilegiorum & libertatum, in
„omnibus suis articulis nullo dempto, prout ea ipsi a sanctissimis Ro-
„manis Pontificibus, Catholicis Regibus, aliisque potentibus Magnatibus
„& Ducibus data & concessa sunt usque ad presentem diem, & in fu-
„turum, auctore Domino concedentur. Quorum tenores omnes & sin-
„gulos, cum omnibus suis clausulis, hic habere volumus pro expressis,
„Hanc autem nostram approbacionem & ratihacionem pro nobis &
„nostris successoribus & heredibus adiicimus, & quantum in nobis &
„in ipsis est, in perpetuum inviolabiliter observari volumus, nec in a-
„liquo contraire: ad laudem & honorem omnipotentis Dei sueque glo-
„riose Matris, & specialiter Patronorum hujus regni, ad exaltacionem
„orthodoxorum fidei, nec non ad bonum & tranquillum statum tam
„ecclesiarum quam ecclesiasticarum personarum, ut eo liberius & deuo-
„cius quo quietius, divino cultui velint & valeant inservire. Et si,
„quod absit, quisquam cujuscunque status aut condicionis existeret, qui
„dictos ecclesiam, prelatos & clerum, cum eorum supradictis attinen-
„ciis, in eorum juribus, legibus, privilegiis, libertatibus & immunita-
„tibus, molestare aut perturbare presumeret, hujusmodi perturbatoribus
„& molestatoribus nos pro viribus efficaciter & fideliter opponere & re-
„sistere volumus, & tales nos in eorum exhibere perturbacione, quales
„ipso affectamus, si nos in nostris juribus, legibus, privilegiis, liberta-
„tibus & bonis regni consuetudinibus a quoquam contingeret molesta-
„ri. Et merito, cum Ecclesia, Prelati & Clerus sepe dicti nobiscum ha-
„tenus ad hoc fideliter pro extremis eorum viribus cooperati sint,
„quod regnum & nos seculares ad usum Privilegiorum & libertatum
„nostrarum pervenimus, quibus longo jam tempore superiorum vio-
„lencia fuimus destituti. In ejus rei firmitatem & majorem evi-



)

(



H h h h 3

„denciam Sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Datum Sudhercopie, anno Domini MCDXXXVI, quinta die mensis Octobris”.

„Post quas quidem produccionem, ostensionem, tradicionem atque diligentem mei ejusdem examinacionem, requisivit me idem venerandus Dominus Prepositus supradictus, nomine suo *Es tocius Capituli Aboensis*, quatenus sibi super hiis omnibus & singulis unum vel plura conficerem instrumentum publicum seu publica instrumenta. Acta sunt hec Anno Domini, Indicione, die mensis, hora diei & Pontificatu prout supra continetur: presentibus ibidem venerandis viris Dominis *Birgero Hammar* & Magistro *Michaele*, Canonicis Strengenenfibus, testibus ad premissa vocatis specialiter & rogatis.”

„Et quia ego *Andreas Petri*, Clericus Strengenenfis Dyoecesis, publicus sacra Imperiali auctoritate Notarius, predictae littere produccioni, ostensioni, leccioni ac examinacioni presens interfui, una cum testibus prenomminatis, eaque ut premittitur fieri vidi & audivi, Ideoque hoc publicum instrumentum propria manu scriptum exinde confeci, signoque & nomine meis solitis signavi in fidem & testimonium firmitus omnium premissorum.”

Infra, in imo paginae scriptum est: „Promittunt & obligant se Consiliarii ad defendendum ecclesiam, personas ecclesiasticas, jura & libertates ecclesiasticas. In Sudhercopia.”

Conferenti facile patebit, non parvam libertatem in hoc monumento exhibendo *Johannem Magnum* sibi sumisse, aut apographo usum fuisse admodum corrupto. Ex loco autem a Nobil. LAGERBRING I. c. not. **) adducto colligere licet, illud quo ipse usus est, exemplum, cum nostro accuratius consensisse.

Alterum Instrumentum, recisis iis quae a Notario Publico, similibus plane ac in superiori quod attulimus, formulis praemittuntur & subjiciuntur, hujusmodi est tenoris: „In nomine Domini Amen. Anno a natiuitate ejusdem Millesimo quadringentesimo quadragesimo primo, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & Domini, Domini *Felicis*, Divina providencia Pape quinti anno secundo, Indicione quarta, decima quarta die mensis Septembris, puta exaltacionis sancte crucis, post coronacionem in regno Suecie Illustrissimi Principis Domini *Cristoferi*, Dei gracia Regnorum *Suecie* & *Dacie Regis*, Comitis Palatini *Renii* & Ducis *Bavarie*, sub imhoacione summe Misse, in summo choro

„*Cathedralis ecclesie Upsalensis*, fuerunt quamplures regnorum supra-
 „dictorum nobiles Milites concreati; quibus ante lectum fuit Juramen-
 „tum infra scriptum in Svecico siue Danico, per venerandum in Chri-
 „sto patrem Dominum *Thomam*, Episcopum Strengensensem; omnes ves-
 „tro Milites creandi jurauerunt per viuentem in secula, erectis in ce-
 „lum manibus, se infra scriptum iuramentum in forma inuiolabiliter in-
 „perpetuum seruatuos, juxta eorum vires & ultimas facultates. Cujus
 „iuramenti tenor sequitur in hiis verbis: *Jack bidher mik swa Gud*
 „*hullan, Jomfru Mariam, Sancte Erich oc Sancte Knut, at jac vil ep-*
 „*ster min yterste mach, met luff och godz besherma the helga cristna*
 „*tro oc euangelium, oc halla oc wäria Kirkiona oc henna tianara vid*
 „*sina frihet och frälse, standa moth oräth, och störkia fridh oc räth, oc*
 „*besherma faderlöds och modherlöds barn, Jomfruer, ankior och arme*
 „*folk; och vara trygger och tro minom Konungh och mino rike, oc rät-*
 „*färligha halla oc öwa mith riddarscap Gudi til heders, epter mine*
 „*bäzste formagho, swa hjelpp mik Gudh.* Specialiter autem Dominus
 „*Ericus Nicliffson*, Miles de Thym (?), interrogavit singulariter singulos
 „ante suscepcionem milicie & gladii vibrationem, an supra scriptum ju-
 „ramentum in forma seruare uellent? Quod iterato tunc prestiterunt,
 „& facere pro viribus promiserunt. Et quia iuramento sic solenniter
 „facto Militum tunc creatorum ego presens interfui, requisiverunt me
 „Notarium Publicum reuerendissimi in Christo patres Domini *Thomas*
 „*Strengensensis, Ulricus Arosiensis* (Aarhusiensis?), *Torlanus Wibergensis*
 „& *Magnus Aboensis*, Dei gracia Ecclesiarum Episcopi, in presencia te-
 „stium infra scriptorum, ut eis super hujusmodi sacramento Militum
 „protunc facto conficerem unum vel plura instrumentum publicum seu
 „publica instrumenta. Actum siue factum fuit iuramentum supra dictum
 „anno Domini, Pontificatu, Indiccione, mense, die mensis, hora diei
 „& loco quibus supra. Et ego requisitus ut presertur, presentibus ve-
 „nerandis uiris Domino *Erico Birgeri* Decano Strengensensi, & *Christo-*
 „*foro Scholastico Upsalensi, Sacre Theologie Doctore eximio*, ad mei
 „requisitionem uocatis testibus specialiter & rogatis. Reg. Eccles. Ab.
 „Fol. 29 sq.). Meminit hujus monumenti, cujus noticiam sibi a Nob.
 „*Peringskiöld*, in Literis, exhibitam fuisse significat, Nob. GUST. ADLER-
 „*FELT*, Disp. de Ordinibus Equestribus (Prax. PET. LAGERLÖF, Ups. 1696) p. 55, ac formulam ipsam Juramenti inde adfert p. 57, hinc
 „repetitam a Nobil. HENR. ROSENSTIERN A Disp. de Ordinibus Eque-
 „strium in Svecia usu (Prax. OL. CELSIO, Ups. 1748) p. 37.

Quando ceterum in Svecia adoptatus primum sit mos, satis ille
 absurdus, Publicos Imperiali Auctoritate Notarios ad fidem literarum

pora, in Republica Civili dignitatis, ad vitam *Magni III* Episcopi, quædam addemus (663).

MAGNUS III.

1^o) Pater Scilicet suus fuit *Nicolaus Olavi (Stiernkors)* de *Särkilax* (villa nobili parœciæ *Töfsala*), Senator Regni; de quo cfr. Nobb. VON STIERNMAN *Höfd. Minne P. II, L. V, C. 2* (in *Foliis Hebd. Aboëns.* a. 1785 Append. p. 188 (q) & UGGLA (sive verius Illustr. Baro SHERING ROSENHANE, Reg. Cancellariæ Consiliarius, cujus singulari diligentia & in his rebus peritiæ partem III operis utilissimi totam debemus) *Sv. R. Råds-Längd, III Afdeln.* N:o 501. Ex gente *Stiernkorsiorum*, non *Carpelanorum* (quod male asserunt HALLENIUS, *Wirmoënsis Territ. Memorab.*

apographarum firmandam adhibendi, mihi non constat. In Fennia ad medium fere seculi XV ignotus fuisse videtur; certe nullum ejus in *Registro Eccles. Aboënsis* antea occurrit vestigium. Eidem apographorum testatam contra videmus ab Episcopis, Capitulo, Legiferis, Præfatis, uno vel pluribus, Magistratu Urbico &c. Prima *Notarii Publici Imperialis* mentio in literis a. 1390 habetur, ad causam Padifensem spectantibus; sed illæ in Estonia dabantur. Primum domesticum exemplum præbet *vidisse* a. 1434 hic Aboæ, in forma solenni & diligenti, pro more, editum a *Petro Olavi*, presbytero Curato in *Corpo* (parœcia insulari Fennicæ), *Clerico Dyocesis Upsalensis, publico Imperiali Auctoritate Notario*. Superest etiam unum a. 1454 itidem Aboæ editum a *Martino Lesken, Clerico Wladislaviensi*; adeo ut appareat, hujusmodi *Notariorum* testimonia avide fuisse expetita!

(663) De aucto sensim, quo tempore Episc. *Olavus & Conradus* sederunt, Ecclesiarum ruralium per Finlandiam numero, supra quædam attulimus (p. 555 sq. not. 584): quibus addimus, hoc ævo non modo parœciarum mentionem jam occurrere *Äftra (Eura) Satacundix & Pyttis Nylandix* (a. 1452), nec non *Hollola & Janakkala Tavastix* (a. 1483); sed etiam Capellarum *Kiula* (hodie parœciæ *Satacundix*) & *Tyrwendé* in parœcia *Hattula Tavastix*, a. 1455.

morab. P. Pr. p. 70, RHYZELIUS Episcoposc. p. 388, alii Episcopum nostrum ortum duxisse, recte monuit jam VON STIERNMAN *Annott. ad P. NIGRI Hist. Episcopor. Arof.* p. 87, aliique postea demonstrarunt: cfr. illustr. ROSENHANE l. c. N:o 653, qui non improbabilem erroris causam in prisca Insignium Gentiliorum familiae utriusque similitudine quaerit (664). — Magna in his oris auctoritate Nicolaum Olai floruisse, vel inde liquet, quod in *Summo Finlandiae Tribunali, Landsråtten*, (vid supra p. 504 sqq.) partes Praesidis (Judicis Regii) haud raro, inter a. 1415-1446 egisse reperitur (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 166 sq. 110, 148, 93, 271, 94, 126; cfr. *Fol. Hebd. Ab.* a. 1784, N:o 46, & a. 1785 Append. p. 56, 63, 69). Quod autem in Sententia Judiciali hujus Tribunalis a. 1415 per scripta vocatur *Riddare*, (665) *Eques Auratus*, sine dubio vitium est librarii: hac enim dignitate ornatum non fuisse, constat, neque illo postea honoris titulo unquam usum esse reperimus, sed nomini suo semper adjunxisse i *Särkilax* (666); ex qua formula male lecta illud *Riddare* ortum

(664) Colores quibus hae arma in exemplo Missalis Aboënsis quod Bibliotheca Acad. possidet pinguntur (supra p. 571) veros non esse, ex collatis insignibus gentis *Stiernkorsianæ* apud Nob. CARSKÖLD (*Sv. R. Ridderst. och Adels Wapenbok* pag. 2, N:o 36, Nobb.) facile colligitur. — Utrum *Olavus* ille de *Särkilax*, qui in literis quibusdam Judicialibus a. 1417 nominatur, vel *Avus* vel *pater* Episcopi nostri fuerit, existimare non possumus (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. III fin.).

(665). Cfr. supra p. 506 not. (486).

(666) Idque filium etiam, Episcopum *Magnum* fecisse, constat: cfr. supra p. 476. In literis Cænobii Nädendalensis vocari *Magnum Nicolai de Särkilax Archipræpositum Aboënsis* (*Magnus Nielsson af Särkilax Domprouest i Åbo*) annotavit Amplif. HELIN, ac in Sigillo appento legi: *S. Magni Nicolai Presbyteri*, cum armis gentilitiis familiae *Stiernkorsianæ*; literas autem datas esse d. 1 Maji a. 1468, indicavit,

ortum fuisse, non dubitamus. Matrem suam *Elin* (*Helenam?*) *Tavast*, neptem ex fratre (*Nicolao*, fuisse Episcopi *Magni* II, Auctores consentiunt: de qua re nostra monumenta nihil produnt (667).

Post absoluta Parisiis studia (668), unde nomen honoremque Magistri reportavit, *Canonicum* Ecclesie Aboensis creatum fuisse, reperimus (669); indeque ad dignitatem *Præposituræ* evehctus, ultra XX anno accurate ei præfuit (670).

I i i

Quo

(667) Commemoratur tantum in literis Episc. *Conradi* datis a. 1488 (d. 5 Aprilis) Fundus atque Domus *Omnium Sanctorum*, in urbe Aboensi, ad hoc altare atque chorum pertinens (eis donata a matrona *Helena de Serkilax* suisque hæredibus, (*Alle Gudx Helgone gord, som hustru Elin aff Serkilax och hannes ärvingia hade gifvit under alle Gudx helgone altare*). *Registr. Eccles. Ab.* Fol. 182 fin. Sacellum autem *Omnium Sanctorum* munificentia imprimis *Magni* nostri de *Särkilax* & conditum & ditatum fuisse, disertè Auctor noster testatur.

(668) Egregie doctum, pro sui ævi ratione fuisse, etiam exemplo supra (p. 558 sq. not.) allato illustratur.

(669) Anno jam 1463, quo Rex *Christianus* I Finlandiam adiit, noster vocatur *Mester Magnus Nicolai, Canik i Abo ok helge licams Prebendatus* (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 216 fin.). Cognationis jure commendatum ad hoc munus obtinendum fuisse, credere licet (cfr. supra p. 450 not.); quo adhuc a. 1465 functum esse reperimus (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 239 init.). Sine dubio idem fuit, quem Episc. *Conradus* a. 1464 ad R. *Carolus* misit legatum una cum *Petro* Curato in Saw (h. e. *Sagu*), de negotiis ejus cum Rege acturos; licet in literis a D:no *LAGERBRING* editis (*Saml. af Handl. i Sv. Hist.* II D. p. 272) vocetur *Mester Magnus Nicon* (voce hac male lecta, pro *Nicolai*) var *Kanik*.

(670) Nostra monumenta *Præpositum* fuisse *Aboensem* annis 1467-1477, demonstrant (*Registr. Eccles. Ab.* Fol. 95, 231, 215 fin. 232, 238, 224). In literis a. 1470 vocatur "Hederlighen Herre och velboren man *Mester Magnus Nicolai, Domprouast i Abo*" (l. c. Fol. 231). In scriptis autem Latinis ubique audit *Præpositus* Aboensis. — RHYZE-

Quo tempore rerum quoque civilium patriæ haud nullam gessisse curam, vel legatio (de qua supra p. 595 not. 642 commemoravimus) in Sveciam, una cum *Erico Axelii (Tott)* aliisque compluribus harum regionum incolis, pro implorando contra Russorum sævitiam auxilio suscepta, indicat. — Singularis autem atque in tota Svecia unicus est exempli (671), quod idem, nescio quam ob causam quibusve usus intercessoribus atque commendatoribus, ab Imperatore Germanico *Friderico III Sacri Lateranensis* (672) *Palatii Comes*, una cum *successoribus* suis (Præpositis Aboënsibus) *in perpetuum*, fuit creatus. Cujus rei memoriam nobis conservavit exemplum ipsius Diplomatis in *Registro Ecclesiæ Aboënsis* Fol. 267 sq. occurrens; unde typis expressum habetur in *Actis Literariis & Scientiarum Sveciæ Anni 1733* p. 46-49. Observationes quædam circa hoc Diploma cum expositione jurium Comitibus his *Palatinis* competentium, legi possunt cum in Diss. MARCHELII nuper laudata, §. VII sqq. tum in Diss. M. JOH. ARENII *de Præpositis Aboënsibus Comitibus quondam Palatinis*, quæ hic Aboæ a. 1772 (Præfide Cel. BILMARK) prodiiit. Nos lectiones quasdam variantes, quæ nobis apographum nostrum cum exemplo

typis

LIVUS a. 1465 Præposituræ dignitate auctum fuisse scribit (in vita nostri); quod improbable non videtur. Eo igitur anno mortuum fuisse *Henricum Fresle*, credi debet?

(671) Vid. Diss. NIC. HENR. MARCHELII *de Comitibus Palatinis Imperii Romano-Germanici* (Upsaliæ a. 1741 Præfide Nobil. IHRE edit.) §. VI p. 15.

(672) "Lateranensis dicuntur a Palatio ejus nominis, non quod Romæ est, sed quod *Aquisgrani* fuit", MARCHELIUS l. c. §. III p. 7 not. d.



)

(



typis expresso conferentibus observata sunt, subjecisse (673) satis habebimus. Temporis nota quo Diploma datum fuit, in veteri libro desideratur; adeoque accurate defini-ri nequit.

I i i i 2

Ex

(673) *Act. Liter. Sveciæ 1733 p. 46 lin. (Diplomatis) 4 Marchie, Slavonie, in nostro exemplo Marchie Slavonice; l. 5 Pherveris & in Kubargk Martisburgonie, in nostro Pherrētis & in Kiburgh, Marchio Burgonie (Burgovie, i. e. Burgavia); l. 7 Nicliffon, nostrum legit Nicolai; l. 12 quo leg quod; l. 13 indefinenter leg. indefinentius; l. 15 post subiectos nostrum habet punctum (.); l. 16 post prodeuntes, nonnisi comina (.); l. 17 quam, legit quod; l. 20 perfunditur, legit profunditur; l. 27 decreta nostra strenua, leg. de certa nostra sciencia. P. 47 lin. 2 generosius, leg. graciosus; l. 7 frui, male? ibid. quomodo libet potuerint, leg. quomodolibet potuerint; l. 8. quocunque, legit quoque; l. 15 calmarium, legit Calmarnem; l. 21 fiendis legit faciendis (sed deinde tamen fienda & fiendi, ut in impresso); ibid. coram, leg. eorum; l. 29 tentetur, legit tractetur; p. 48 lin. 4 simulacionis, leg. simulacione; l. 17 creandi per, leg. creandi, possunt per; l. 18 constituere, leg. conscribere; l. 27 manseros, leg. manseres; p. 49 lin. 14 derogare, leg. derogari; l. 20 igitur, leg. ergo; l. 23 quoque, leg. quovis; l. 25 facians quociens, leg. facientes tociens quociens; l. 26 mansuros, leg. incursuros; l. 27 imperiali, leg. imperialis; l. 29 present. leg. presentibus, ib. Sigillo, leg. sigilli; l. 30 litterarum. Dat. Gretz &c. legit litterarum datis Gretz &c. Nemo non Apographi nostri (quod accurate diligentia ac peritia Dni Secretarii Stechau debetur) præ exemplo impresso præstantiam in plerisque saltem his lectionibus, facile agnoscat! — Singularis autem generis obligatio & officium cuique videbitur, credo, Notariis Publicis in Finlandia ab homine Fennone creandis imponendum, quod erunt (ut verba Imperatoris sonant) nobis & sacro Romano imperio & omnibus successoribus nostris Romanorum Imperatoribus & Regibus legitime intrantibus fideles, nec unquam erunt in consiliis ubi periculum nostrum tentetur (s. tractetur), sed bonum nostrum & salutem nostram defendent & promovebunt, dampna nostra pro sua possibilitate evitabunt & avertent. Sed nondum ex animis hominum mira de suprema quadam Imperatoris Romani in om. em Reimp. Christianam auctoritate, opinio evanuerat!*

Ex Præpositura (674) ad dignitatem Episcopalem a. 1489, 16 *Cal. Aprilis* (17 *Martii*), cum antecessor suus *crastino b Gregorii Papæ* (13 *Martii*) decessisset, concordie electione sublatum fuisse, quum disertis verbis Auctor noster doceat; nescio cur RHYZELIUS, MESSENII errorem (vel potius mendum in textu ejus, *Secund. T. X p. 22*) adoptans, *d. 1 Aprilis* prætulerit. Quo tempore grandem jam ætate fuisse, idem (RHYZELIUS) addit; vere, ut videtur? Nihil tamen Auctor noster tale. Quod non ante diem *Johannis Baptistæ*, anni sequentis, consecraretur, ac confirmationem Papæ interim sibi comparasset; in literis a. 1490 d. 8 Febr. (*Mondayh nest epter Quindelmesso*) datis, *Electus confirmatus j Abo*, dicitur (*Reg. Eccles. Ab. Fol. 277*).

Quæ Auctor de laudibus Episcopi nostri commemorat, in dubium vocandi causam non habemus; licet facta specialia, eadem confirmantia, nec ille adferat, nec aliunde nobis innotuerint.

rr*) Quæ noster *adversa pro libertate Cleri atque Ecclesiæ tuenda sustinuerit*, penitus ignoramus. Neque existimare possumus, a quibus, brevi illo tempore quo Ecclesiæ Fennicæ præfuit, hæc infestari potuerit? Num sensim exoriens Cleri atque Hierarchiæ invidia, ex impotenti Prælatorum dominandi libidine reliquisque malis Clericorum moribus (de quibus *reformandis*, emendationis igitur indigis, nostrum *multum laborasse*, Auctor indicat) enata (cfr etiam supra p. 559 not.), Nobiliumque & inprimis Magnatum secularium invalescens quotidie licentia,

(674) Qua decedens a. 1490, Inventarium & prædiorum & rerum reliquarum ad eam pertinentium confecit diligens, in *Reg. Eccles. Ab. Fol. 266 sq.*, legendum.



tia, superbia & violentia, (ex frequentibus exemplis, quæ hoc ævum exhibet, gratuiti hospitii jurium, vi & armis etiam Clero, spretis privilegiis suis, extortorum, *Waldgästningar*, satis manifesta); num hæc, inquam, mala, Episcopo nostro, obicem iis ponere conanti clerique sui jura atque libertates tuituro, molestias ac injurias ab hujusmodi latronibus pepererunt? Non liquet.

rrr) De hoc bello *Ruffico*, infra, inter res hujus ætatis civiles, ex instituto disputabimus.

Episcopi nostri in *Ecclesiam* suam merita porro expensuris, primum se offert quod Auctor dicit eum *duas Prælaturas, videlicet Diaconatum* (ita omnes nostri Codices pertinaci consensu legunt & *Archidiaconatum in Ecclesia Aboënsi reparasse & adauxisse*. Ac quod ad *Archidiaconatum* quidem attinet, fieri omnino potuit, ut noster eum novis atque locupletioribus ornaret redditibus: nam quibusdam circa hæc tempora auctum prædiis atque commodis reperimus (vid. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 219 sq.) quorum superior non existit memoria; licet literæ ipsæ hujusmodi donationem attingentes, nullæ superfint, cum contra tempore successoris sui Episc. *Laurentii*, magno hanc dignitatem ornatam fuisse redituum incremento, monumenta testentur: de quo infra. *Diaconatus* autem factam a nostro *reparationem* (sive *institutionem*, sive *amplificationem* & largiorem dotationem?) quomodo intelligere debeamus; plane nescimus. Inter *Prælaturas* enim, (h. e. Dignitates Ecclesiasticas majoris auctoritatis atque eminentiæ,) munus *Diaconi* referri qui potest? Cum *Præpositum* contra atque *Archidiaconum* ita reliquis *Canonicis* præeminuisse reperiamus, ut hi, respectu ad illos habito, *Canonici inferiores* appellarentur: (ctr. supra p.



560 not). Ac *Archidiaconatus* Auctori etiam nostro *Prælatura* audit, p. 17; quod igitur de *Præpostura* multo etiam magis valet. Deinde *Diaconi* hujusmodi inter *Canonicos* vel *Capitulares* nulla usquam mentio postea occurrit. Contra autem *Decani* (de qua dignitate, quando & a quo instituta fuerit, nullibi proditum invenimus) infra aliquoties mentio injicitur. Quare ad rationem *Messenii* amplectendam animus valde inclinatur, qui, loco nostro, pro *Diaconatu* *Decanatum* legisse videtur (in quibus vocibus, imprimis per abbreviaturam scriptis, facilis fuit aberratio legentium); quem more suo secutus est *Rhyzelius* (675). In *Upsaliensi* quidem *Ecclesia Decanatum* unam ex dignitatibus suis fuisse primariis, satis constat (676).

Quod ad *Mensam Communem*, ab *Episcopo* nostro, ut Auctor habet, *inchoatam*, (unde porro a successoribus suis locupletatam & ornatam fuisse intelligitur,) attinet, hoc institutum *Messenio*, in *Chronico Episcoporum* audit *Convictus Canonice communis*; & *Scand. T. X p. 22* idem scribit: "Circa 1498 (ex conjectura) Præsul *Abogensis*

(675) *Messenius*, qui in *Chronico Episcoporum* reparatos a nostro *Diaconatum* & *Archidiaconatum* scribit (evidenti argumento, suum *Chronici Justiniani* exemplar nostris prorsus fuisse consentiens), in *Scandia* (T. X p. 22) habet: "A. 1493 (sua ex conjectura) *Episcopus Abogæ Magnus Decanatu Instituto*, *Archidiaconatum* restituit." Quod suum esse interpretamentum, facile patet, haud licet incommodum: nisi quod *restitutio* *Archidiaconatus* (pro ejus amplificatione) innuere videtur quasi abolitum, aut certe labefactum, antea fuisse; quod falsum esse constat. Afferit tamen fidenter *Rhyzelius*: "År 1493 uprettade „han Archidieknedömet, som då var af sig kommit, och stichtade Decanatet."

(676) Cfr. vetus *Chronicon de Archiepiscopis & Sacerdotibus cæteris Ecclesiæ Upsaliensis*, a *Scheffero* edit, p. 164-172.



)

619

(



„*gens mensam suis Assessoribus communem, seu convictum, ordinat Canonicis*”. Nescio igitur unde RHYZELIUS hauserit, quod (ab illius auctoritate temere recedens) asserit: „inrettade han et convictorium eller mensam communem, ett allment bord för vicarier och Messprester. (Canonicis plane exclusis). Ut enim non negem, hoc beneficium etiam ad minores urbis sacerdotes pertinuisse, quod vel vulgare hujus instituti nomen, *Præste-Commune* (677), prodit; certum tamen est, ad *Canonicos* imprimis spectasse, sed ita, ut aliis quoque pauperibus, maxime ad ordinem ecclesiasticum quocumque modo pertinentibus, benignæ prospiceretur (678). Pulcrum sane in suo gene-

(677 Ita in variis audit literis ad res hujus instituti pertinentibus cfr. *Registr. Eccles. Ab.* Fol. 270.

(678 Tota res satis illustratur loco sequenti, quem ex Libro Rationum a Capitulo Aboënsi R. Gust. vo I redditarum (quem aliquoties supra laudavimus) descriptum adponemus: „Smör aff *Mustsår* (Mustsaari) 2 tunnor; aff *Nerpis* 7 trr, aff *Esbo* (Esbo) 6 trr, aff *Korpo* 1 trr. Ther Smöret var *Canickers samsæt smör, som fördom brukades i Communet till mat-smör, ther alle ginge til bordz som thå sidvenie var, till middagz och afton maltiåd; Canicker, Koorprester och gamble vanmechtige men och brödhöfse Prester her i Åbo vore; ther och skiffes uth mjekin almofe, mest fattighe Dégvár*. Alio loco ibidem notatur de pecunia, quam Curati quidam annuatim pendere debebant (Curatus in *Hollola* 40 marcas, in *Kangasala* 6 marcas, in *Ori-vesi* 4 marcas; forte etiam ex aliis ecclesiis superius ibidem nominatis, 116 marca in summa?): „Thesse förentde penningar kommo fordou til *Communes bord til vin; och nu gå de til Taxan, och then bår up them som ther til besynnerliga skickas, uppå alles vegna*”. Quibus mox subiungitur: „Thesse ford;ne penningar kommer *Donkirkienes vinkellaren* till hielp, och stundom tages noghet smör aff *Syfloman-nen* ther till, som merkt är vidh smör-rentthenn.” *Rektorem Scholæ Aboënsis* (qui simul erat *Canonicus*) *viçtum & expensas liberas* habuisse, supra p. 561 not. 587 didicimus. Ac non omnibus sacerdotibus omnino gratis hoc beneficium contigisse, ex sequentibus liquet literis: „*Jak Johan Durhake, Prebendatus* j Abo, bekennes oc kwngör oc met

genere institutum, & temporum rationi admodum accommodatum.

Ceteras quoque Canonicas Episcopum nostrum *instaurasse* Auctor addit, hoc est, ut nos interpretamur, reditibus auxisse & ornasse. Rev. autem RHYZELIUS explicat largius "samt märkeligen förökte Kanikernas både antal, och vilkor". Numerum *Canonicorum* auctum fuisse, vetera monumenta nullibi produnt; nec ullum ejus rei existat vestigium. Præter illos igitur IV *Canonicos*, quos primum constituit Episcopus *Catillus*, quibus II adjecit Episc. *Benedictus*, & rursus IV Episc. *Magnus* (679), ita ut essent numero X; alios postea accessisse non putamus. Adjunctis præterea ab Episc. *Hemmingo Præpositura*, & ab Episc. *Berone Archidiaconatu*, numerus *Capitularium* ad XII excrevit (680); qui an per institutum *Decanatum* amplificatus

„thetta mijt öpne breffue fullelige tilstaar, at jach met beradne modh
 „oc god wilie hæffuer uplatid *Erlige Herrer oc gode men, Capitulum*
 „*Abo*, allan then deel mik år tillsækt, för vitherligit geld, j then
 „tompt oc gardh hustru Thole, borgeriske fordom i Abo aa såle omyn-
 „nilse, hæffde, liggende vidh sigathan, for CLX marker; aff huilken
 „summa jak hæffuer upburit XX marker Svenska, oc for the CXL mar-
 „ker igen, saa hæffue for de gode Herrer loffuat mik oc tillsaght frij
 „koth oc therningh j *theris Commune* til myn liiffstiid, som mik ho-
 „pes the oc swa göre: Thy afhendher jac mik all then råath jac hæf-
 „fuer til forde tomt oc gördh, oc tilegnar forde gode Herrer, eller
 „huart the them skickande warde til ewigh egha. Til ytermere vis-
 „so oc batre forwarningh trycker jac mit signet nedhan för thetta
 „breff, som giffuit oc scriffuit år Anno Domini MCDVIII pa Sancte
 „Öriens dagh”. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 269; ubi inscriptio quæ his li-
 teris præmittitur, *Mensam illam Communem* vocat: *Commune Canonico-*
rum.

(679) Cfr. supra p. 13, 15, 19, 196, 225, 459.

(680) Cf. supra p. 15, 17, 252 sq, 402, 457 sq.